

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Philosophie moralis s. ethica - Ettenheim-Münste 104

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput Primus

[urn:nbn:de:bsz:31-110979](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110979)

4. sequendum iurant, et velut adminicula sunt, qua ad id, quod honestum est, animos nostros evehant, et attollant. Deinde passionum seu affectuum animi usum rimabimur, utpotè virtutum materiam, et in quas potissimum vires suas exerunt. Tum pauca de actibus humanis subreitemus, ubi praecipue de libero arbitrio hominis agemus, nec non humanorum actuum bonitatem et malitiam examinabimus. Denique varia officia hominis breviter perstringemus. Quae omnia variis capitibus exponemus. Sit igitur

6. Caput primum.  
De Summo Bono.

Actuum humanorum finis ultimus summus est bonum, ad illud enim omnes collimant. Ergo ab ipsius consideratione inchoanda videtur Ethica, quia morum institutio sine potissimum est metienda, nec ulla potest iniri certa honestè vivendi via, nisi, quò ducere debeat, prius fuerit exploratum. Hinc vulgare illud prodiit affectum, finem esse primum in intentione, et ultimum in executione. Breviter tamen examinandum, quid sit Bonum generatim. Sit ergò

S. Primum.

7. De Bono generatim.

Aristoteles post Veteres Philosophos, Bonum dicit esse id, quod omnia appetunt: unde Boni appetitiam ab insita nobis propensione seu appetitu deumere videtur, existimans illud bonum esse, quò appetitum nostrum excitat, atque ad illud amplectendum abicit. At per hoc non satis exactè Boni natura declarari videtur: nam appetitus, seu propensio illa, quò ergà Bonum ferimur, aliquò nostra natura congruum esse presupponit, ac proinde Boni rationem, iam habere debet, priusquam appetitum nostrum moveat. Appetibilitas enim, si ita loqui fas est, est Boni ipsius affectio tantum, quae illud iam constitutum supponit, et comitatur; non ergò dici potest

illius essentia seu constitutum.

5.

Melius ergo aliis videtur Bonum Definiri, id, quod  
cuilibet gratum est et conveniens; sive res illa,  
quae alicui congrua est et accepta. Quod Bonorum  
enumeratione clare patet: Quodcumque enim,  
quod assignari potest, Bonum, aut Honestum dici-  
tur, aut Jucundum, aut Utile. Atqui illorum  
quodlibet, non nisi in quantum alicui convenit,  
Bonum vocatur. Honestum siquidem ideo tale  
est, quia ordini congruit sive rectae rationis regu-  
lis est consentaneum, ut Probitas seu Virtus.  
Jucundum, quia nos delectat et suaviter afficit,  
adeoque natura nostrae appositum est et accom-  
modatum; v. g. quosdam delectant ludii, specta-  
cula, aliorum hominum consortium; alios arti-  
um liberalium Studium, et virtutum praxis;  
alios numerorum contemplatio, &c. Utile de-  
minum, quia ad aliud bonum conducit, sive quia  
alius boni gratia duntaxat expetitur; ut potio  
amara utilis est ad sanitatem recuperandam.

Dupliciter autem res in bonum tendere, et 8.  
quod sibi gratum et conveniens est appetere  
dicuntur: Innato videlicet, et Elicito appe-  
titu. Innatus passim vocatur propensio uni-  
cuque rei congenita, qua in id, quod conveni-  
ens et gratum est, propenditur. Appetitus iste  
citra rationem et voluntatis actionem constat,  
rebusque etiam inanimatis inest; sic Planta  
naturali propensione accommodatum sibi ali-  
mentum trahere dicuntur. Elicitus vero  
proprie ad hominem pertinet, estque ipsius vo-  
luntatis actio, qua praevia intellectus cognitione  
in bonum sibi congruum fertur. Quamvis iun-  
ta idos, qui in Bruto animam etiamnum spiri-  
talem adeoque et cognitionem admittunt, elici-  
tum quoque appetitum saltem improprie ipsis  
in esse velint. At de Brutorum appetitu hic  
nobis quaestio haud est.

6.  
9. Ex hactenus dictis dua formari solent quaestiones,  
1<sup>a</sup> Utrum Bonum ita expetatur, ut à voluntate  
odio haberi nequeat. 2<sup>a</sup> Utrum voluntas sic  
malum odio habeat, ut illud, quatenus malum est,  
amare nequeat.

Ad utramque Resp. affirmativè. Nam quantum  
ad primam Voluntas nostra non potest odisse id, quod  
eam suaviter afficit: cum ea sit voluntatis nostrae  
natura, ut in id, quod sibi gratum est, amore pro-  
pendeat. Atqui bonum spectatum prout nobis  
conveniens est voluntatem nostram suaviter, gra-  
teque afficit: quippe convenire hoc loco nihil aliud  
est, nisi juvare, gratumque sensum evitare. Ergo  
bonum ita expetitur, ut odio haberi non possit.

Hinc est, quod Voluntas nostra ad amorem  
summi boni necessario sit determinata: quia  
summum bonum summè semper est conve-  
niens, nec unquam potest esse disconveniens  
aut ingratum.

10. Quoad secundam quaestionem verò; humana  
Voluntas id amare non potest, quod nullum ha-  
bet illucium, quo ipsam ad se trahat: nam cum  
amor sit propensio in id, quod autem delectat, aut  
placet, aut gratè afficit, ea est illius natura, ut  
sine illucio quodam evitare non possit. Atqui  
malum, quatenus est malum, nullum habet  
illucium, quo voluntatem nostram ad se ducat:  
cum hoc modo sumptum minimè sit conveni-  
ens, aut gratum; sed potius ingratum et discon-  
veniens iudicetur. Ergo voluntas non potest  
amare malum sub ratione mali consideratum,  
sed in quocumque feratur, semper illud sibi  
sub Boni speie proponit. Nam licet forte  
id, quod appetit, recta rationi adversetur, aut  
Legem divinam oppugnet, illud tamen illi sem-  
per ut bonum, jucundum, salutale apparet,  
ac proinde in illud tanquam sibi conveniens  
fertur. Et hinc omnia ea, quae quoque  
modo objici possent, soluta manent.

Quid sit Summum hominis bonum  
ejusque finis ultimus, et beatitudo.

Præterea D. Bonum generationem definiimus id,  
quod cuilibet gratum est, et convenientius. Unde  
Summum hominis bonum illud erit, quod ei gra-  
tissimum est, et convenientissimum; ac proxime  
illius ultimus finis, seu ad quod omnia cetera re-  
ferat, et ex cujus possessione satietur, atque bea-  
tum se existimet, necnon cum tranquillo ani-  
mo, mentisque gaudio et letitia in eo quiescat.

+ Quamvis porò omnes penè Philosophi de Sum-  
mo bono scripserint, magnaque de eo volumi-  
nâ posteritati reliquerint, in nullâ tamen  
re magis coeuntisse videntur, ita ut eorum  
plerosque nihil unquam infelicius fuisse aggres-  
sos dicere audeamus, quam ubi felicitatis seu  
beatitudinis rationem explicandam susceperunt.

Illorum errorem inde ortum esse arbitramur,  
quod non satis, quæ hominis sunt, perpende-  
runt, nec Mentis functiones à corporis motibus  
distinuerunt, atque, hospite neglecto, solius So-  
mniculæ commodo stultuerunt.

Quidam Summum bonum in voluptate 12.  
corporeâ constituere visi sunt, adeo ut illum  
felicem et beatum predicarent, cui omnibus  
carnis voluptatibus fuit datum esset. Alii  
verò idem in fortuna bonis, qualia sunt hono-  
res, divitiæ, &c. collocavere.

At nihil necepe est pluribus demonstrare, Sum-  
mum bonum, atque ex eius possessione conse-  
quentem felicitatem, nec in voluptatibus  
corporis, nec in fortuna bonis esse collocatam:  
cum ea omnia non sint in nostrâ potestate,  
cum meliores nos non efficiant, sed bonis et  
malis æque sint communia; cum nobis invi-  
tis eripi possint; cum denique appetitum ani-  
mi non satient, necnon fluxa sint et caduca;  
ut alias, quæ passim occurrunt, rationes onit-

8. tamus. Unde merito Cicero haec bonorum ultima ap-  
pellat, atque nos ad majora quaedam natos esse con-  
tendit. Hinc etiam S. Augustinus Ep. 52. nos admonet,  
quod, si adsint bona temporalia, non in eis beata vita  
ponenda sit: sed subdita esse debeant, non prealata,  
sequentia, non ducentia.

7  
787  
10. Alii bona corporis, ut sunt Sanitas, pulchritudo,  
robur, &c. ad hominis felicitatem conducere triti  
sunt.

Verum abrit, ut in tam exilibus naturae donis fe-  
licitatem hominis coloremus, et à carne ejus bea-  
titudinem pendere faciamus. Nam si in recto cor-  
porum statu summum bonum constitutur,  
quidni bona animantia felicitate hominem  
antecedant, ut quae firmiore sanitate fruuntur,  
et summum bonitate sint superiora. Breuiare  
homini esse debet, quod ad ejus felicitatem con-  
fert, non cum peccatis commune. Scinde,  
quae summum bonum constituunt, oportet fir-  
ma esse, ac inconvulsa; at quid sanitate im-  
becillius, quae levi morbo destruitur, et transcur-  
rentibus annis, nobis etiam iuvitis, dilaberit?

Neque magis facienda est corporis pulchritu-  
do, vel ex eo, quod fragile sit natura munus,  
et paucorum imitantur annorum circumlò sub-  
sistat: nam quae tempestas illi non insidiatur  
et ad ejus labem non conspirat? Illi hiems gra-  
vis est, et sanguine intra venas congesto, vul-  
tus decorem extinguit. Illi aestas noxia est,  
quae autem, in qua veluti in throno forma re-  
sidet, perurit, et nisi intra tectum rehu-  
datur, totam corporis remstatem per-  
mutat, ac discurtit. Quae etiam ratio-  
ne vel partem summi boni dicamus id,  
quod nihil praeter laborem suis possessori-  
bus affert, et ab iis quietem perveni-  
sollicitudine auferit. Quantam  
curam juvenes puella adhibent, ut  
formosa spectantibus appareant? Quae  
supplicia et tormenta non patiuntur,

ut inane illud munus levent? Quot horas co-<sup>9.</sup>  
mendo insumunt, et anima utilia praeterire  
sunt, dum corpori ornando vacant? Nihil  
bonum existimari debet, quod ad virtutem  
non conducit. Atque quam multos venustas  
ad peccandum adiecit, iisque libidinis fomen-  
ta subministrat, p.<sup>2</sup> Pulchritudo igitur nec  
inter hominis bona est numeranda, ut  
qua ad id fallax sit, et pluribus vitiis patro-  
cinetur.

Alii denique non in corporis duntaxat, sed <sup>14.</sup>  
in animi bonis et dotibus Scientia nempe,  
et Virtute summum hominis bonum esse  
collocandum statuerunt. Verum omni-  
bus notum est, nullum esse hominem, qui  
perfecte Scientiam possideat, cum plura sint  
quae ignorat, quam quae sciat: Item modi-  
cam, quam possidet, Scientiam multo labore,  
magnisque vigiliis sibi constare: Insuper  
facilius amittitur, quam acquiritur; quae  
omnia summi boni rationi adversantur.

Virtutes vero etiamnum sunt in homine  
imperfectae, atque non ipsum bonum, sed  
via duntaxat ad id adque beatitudinem  
esse dignoscuntur: ea enim non propter  
se ipsas, sed propter beatam vitam expetun-  
tur, suntque potius causa et media, quibus  
ad summum bonum perveniri potest; iisque  
utimur tanquam medio, non autem fini-  
mur: at beatitudo est finis summi boni.

Igitur hominis felicitas in hisce creatis <sup>15.</sup>  
bonis non consistit, hoc est, neque in bonis exter-  
nis et fortuna, ut sunt divitiae et honores, di-  
gnitate et nobilitas, p.<sup>2</sup> Neque in bonis cor-  
poris, puta sanitate, pulchritudine, robo-  
re, p.<sup>2</sup> Nec denique in bonis animi, scilicet  
in Scientia et Virtute; cum haec omnia bona  
sint imperfecta, et ad excellentius bonum  
ordinata. Nullique proprie homines bea-  
ti sunt, quamdiu hanc mortalem trahunt

10. vitam innumeris calamitatibus obnoxiam: ac si qua foret in hac vita felicitas, eam potius in tranquillo quodam animi statu, seu gratissimâ leuitate videretur constituenda.

16. Solus ergo Deus est summum illud hominis bonum, in quo ejus felicitas posita est. In eo enim solo tamquam summo bono posita est hominis felicitas, quod solum potest hominis animam seu mentem ita complere, ut nihil ipsi amplius supersit desiderandum. At qui solus Deus potest hominis animam seu mentem ita complere, ut nihil ipsi ulterius optandum supersit. Ergo in solo Deo posita est hominis felicitas; sive, objectum beatitudinis humana est solus Deus optimus, Maximus. Major propositio est aperta, utpote qua ipsam felicitatis, seu summi boni rationem exhibeat. Minor autem inde liquet, quod nullum bonum creatum animam seu mentem humanam ita complere possit, ut nihil ultra ipsi supersit optandum; prout inductione omnium creatorum bonorum ostendimus. Ergo solus Deus est humana mentis summum bonum, cui ingenitus est à natura hujus summi boni appetitus.

17

### Caput Secundum.

#### De Virtutibus Moralibus.

Cum virtus sola vitam beatam efficiat, et felicitati, quam exoptamus, consulat, de eâ specialiter nobis est agendum, ne quid omisisse videamur, cujus possessione beati efficiamur.

S. Brinnus.

18.

#### De Natura Virtutis Moralis in genere.

Non omnes quoad virtutis rationem conveniunt; quisque enim, prout illam apprehendit, aut sibi commodum judicat, de-